



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 49. Cardinalis de Chalanto a Benedicto Legatus missus in Franciam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

cuius tamen Ecclesiam in Pontificis Persona persequi non destitit.

Sæcul. XV.  
A. C. 1406.

§. XLIX.

*Cardinalis de Chalanto a Benedicto missus Legatus in Franciam.*

Haud longas Genuæ moras traxit Benedictus; pestis enim ibidem exorta eundem Massiliam redire coegit. *Monach. S. Dionys. l. 6. c. 1.*  
In hac eadem urbe nuntium accepit, Universitatis Parisiensis Oratores ad Innocentium decretos attulisse Bullam, qua Synodus ad mensem Majum indicetur, atque eandem Universitatem denovo adversus ipsum insurrexisse; simulque nuntiatum, Henricum III Castellæ Regem Legatos suos in Franciam destinasse, cessionis viam omni modo sollicituros, denique ad discutiendam subtractionis viam in Galliis Præsulorum Comitia fuisse convocata. Cognitis his omnibus Benedictus Cardinalem de Chalanto Sabaudum Legatum a Latere in Franciam mittere statuit, qui impediret, ne Universitatis querelæ audirentur, nec Galli indictam ab Innocentio Synodum accederent. Cardinalis in Galliam delatus ægre admodum ad Regis alloquium admittebatur; palam enim dicebant quamplurimi, hunc Legatum eodunda-

*Juvenal. Ursin. p. 179.*

Sæcul. XV. duntaxat missum consilio, ut amplis suis  
 A. C. 1406. promissis, quæ tamen Benedictus Domi-  
 nus ejus nunquam præstare intenderet,  
 inani ludificatione pacis negotium remo-  
 retur.

§. L.

*Oratio Cardinalis in pleno confesso  
 dicta.*

Tandem vero obtenta dicendi copia in  
 pleno confesso legationis suæ argu-  
 mentum exposuit, atque die vigesima nona  
 Aprilis latinam declamavit orationem, sed  
 nonnisi elumbem illam, atque inspidam,  
 Benedictum enim usque ad sydera extu-  
 lit, animum ejus ad Ecclesiæ unionem  
 optime affectum jaçtitans, cunctaque ejus  
 studia & labores pro bono Ecclesiæ ex-  
 antlatos, præcipue vero iter in Italiam  
 nuperrime amore pacis maximo cum in-  
 commodo susceptum deprædicans. Dum  
 econtra venditatis hujus meritis acerbius  
 in Innocentium Papam invectus, eundem  
 omni studio deprimere conabatur, tan-  
 dem suo sermoni colophonem imponens,  
 totum confessum obtestatur, ut, si schisma  
 extinctum vellet, non nisi Benedicti  
 partibus adhæreret.

§. LI.